idem Gram. voto 8. referat aſſaſſinum non ſecuta morte condemnatum fuiſſe p *in pę-nam pecuniariam: de quo etiã mentionẽ facit, idem Gram. ſuper conſt. Regni, fol. 14. col. 2. & pariter etiam voto 20. refert aßaſſinum non ſecuta morte condemnatum fuiſſe ad triremes perpetuò. Et licet fortè, circa hoc loquendo ſecundum diſpoſitionem iuris cõmunis, multa dici poſſent,* r *tamen ſtante conſuetudine, & communi Doctor. opin. credo quòd non erraret Iudex, qui illam in iudicando ſequeretur. Nam vt dicit Ang. in l. non ſolum. §. ſi mandato, num. 2. ff. de iniur. licet de iure communi aſſaſſinus non videatur teneri in plus quam mandator, id tamen de conſuetudine non ſeruatur. Et meritò, quia plus delinquit faciens per pecuniam, quam qui gratis. In Senatu tamen vidi ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, diuerſimodè iudicari, quanodque pęnam ordinariam infligendo, quandoque mitius puniendo, vt dixi in allegata quæſt. 92. verſic. Scias autem. Et ideo putarem hoc eſſe arbitrio Iudicis relinquendum.*

36 *Videndum eſt etiam, nunquid clericus aſſaſſinus poſſit per Iudicem ſecularem puniri, et an requiratur degradatio: de quib. omnibus dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 36. ver. Item quæro, & ſeq.*

27 verſic. fin. vide Gram. deciſ. 2. nu. 14. & nu. 37. originem autē Sicariorum, ſeu etiam aſſaſſinorum, & quomodo hoc nomen aſſecuti fuerint, vide apud Ioſephum de bello Iudaico libr. 2. ad fin. Inter infirmiorem autem vulgum multi irrumpentes ſicariorum (ſic enim vocant latrones) gladios in ſinibus gerētes audaciſſimè vtebantur ope, quo adorti erāt; Et iterum, ſic enim regione purgata aliud genus latrocinātiū in Hieroſolymis oriebatur: Hi autē ſicarij vocabantur: die claro, & in media ciuitate paſſim quoſque interficiētes, potiſſimū verò in diebus feſtiuis miſcebantur vulgo, & ſicas ſub veſte geſtantes, his quoſque interficiebāt, Deinceps collapſis hominibus, illi inter reliquos de ſcelere querebantur, qua fraude extra ſuſpitionem manebant, diuq. latuerunt. *Drog.*

Scias etiam.] Adde,
28 † quod in Regno Neapol. ad tollendas difficultates, fuit edita pragmatica per Cardinalem de Granuela Proregē, quæ incipit, *In ogni tempo*, in ordine 17. qua fuit prouiſum, quod mandans, & mandatarius, ſi vulnera interuenerint, pęna mortis naturalis puniantur.
29 Item † adde, quod in hoc crimine punitur affectus, non ſecuto effectu, nedum de iure communi, ſed etiam de iure ſtatutario, vt plenè per Corn. in conſili. 249. per totum vol. 1. etiã quod ſtatutum diſponeret, quod accipiens pecuniam, aut promiſſionem pretij ad aſſaſſinandum aliquem, tanquam aſſaſſinus pęna capitali puniatur, & non diceret, pęna mortis: & de quo affectu ſit intelligendum, ideſt, quando quis dicatur deueniſſe ad actum proximum, vide Gabriel. d. concl. 1. nu. 11. cum ſeq. Corn. conſ. 202. col. 1. vol. 1. Afflict. in conſtit. Regni, ſub rubr. de percuſſ. illic. cum armis, num. 16. vbi tenet, quod tunc dicetur deuentum ad actum proximum, quando deuentum eſt ad aliquam offenſam, vt etiam videtur tenere Gram. voto 9. nu. 10. Sed Iacob. de Georg. in l. 1. §. hæc verba, ff. quòd quiſque iur. tenet ſufficere, quòd deuenerit ad locum maleficij perpetrandi; & Bald. in l. nō ideò minus in q. 6. C. de accu. dicit, conſiderandum nō eſſe, an mandatarius deuenerit ad actum proximū in atrocioribus, ſed ſufficere, quod deuenerit ad aliquem actum, vltra tractatum; & ſic non ſteterit in nudis terminis cogitationis: & idem videtur ſentire Felyn. in tract. de conatu. in 3. limit. & Gram. vot. 8. nu. 11. cum ſeq. & dec. 38. & pract. refert Decia. in tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 38. tom. 2.* & de eo, qui fecit depoſitum, ſed aliud non fuit factū, quomodo ſit puniendus, vide Bald. in conſil. 430. volum. 2. vbi facit diſtinctionem de iure communi à pœna ſtatutaria. *Baiard.*

q *In pœnam pecuniariam.*] Pariſ. d. q. in ſpec. num. 107. & 110. *Roſ.*

r *Tamen ſtante conſuetudine.*] Farin. d. inſpect. 4. num. 115. & 118. *Roſ.*

ſ *In Senatu tamen.*] Farinac. dicta quarta inſpect. num. 132. *Roſ.*

30 t *Videndum eſt etiam.*] Adde, videndum Riminal. Iun. in conſilio 685. volum. 6. vbi latè quando Iudex Laicus poſſit punire Clericum crimen aſſaſſinij committentem; & quæ requirantur, vide etiam Anton. Scapp. in tractatu de iure non ſcripto libro 1. cap. 5. num. 6. & quæ poſui in dict. q. 36. verſ. Item quæro. *Baiard.*

u *Nunquid Clericus.*] Farin. d. q. 123. inſpect. 1. num. 12. & inſpect. 3. nu. 62. & ſeq. *Roſ.*

§. BLASPHEMIA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Omnis cõtumelia in Deũ, vel Sanctos prolata, eſt blaſphemia*
2 *Et an dicere* al diſpetto di Dio, *ſit blaſphemia.*
3 *Quæ ſit pœna blaſphemiæ.*
4 *Et an in crimine blaſphemiæ admittatur repulſa teſtium.*
5 *Iudæus blaſphemans, an poſſit puniri per iudicē eccleſiaſticum.*
6 *Blaſphēmans per iracundiam an excuſetur. Remiſſiuè.*
7 *Et an propter conſuetudinem prouinciæ.*

Ex Additionibus.

1 *Blaſphemiæ materia remiſſiuè.*
Et percutientibus, ac deturpantibus Imaginem Dei, Sanctorum, Pontificis, aut Principis remiſſiue. num. eod.
2 *Blaſphemia, quæ dicitur, quæ ſit hæreticalis, quibus pœnis puniatur: quòd ſint ſpecies blaſphemiæ, & quot modis dicatur quis blaſphemare remiſſiuè.*
3 *Proijciens imaginem Chriſti, vel Sanctorum in terram de iure Canonico arbitrariè punitur.*
4 *Hæreſis per blaſphemiam contrahitur.*
5 *Punitio blaſphemie ad quos ſpectet.*
6 *Quando in Deum blaſphemare quis dicatur.*
7 *Blaſphemia duplex eſt.*
8 *Blaſphemia an ſit dicere* al diſpetto de Dio, *Deum tædeat. Deo diſpliceat, vel* Dio pouerinazzo.
9 *Blaſplemantem non deferens puniendus eſt.*
10 *Blaſphemans poteſt ſecreto denunciari ex Conſtitutione Iulij III.*
Blaſphemantes quibus pęnis afficiantur in ſtatu Eccleſiaſtico, remiſſiue, num. eod.
11 *Blaſphemantium falſi denunciatores, & teſtes, quomodo ſint puniendi ex d. conſtit. Iulij Tertij.*
Blaſphemantes ſeipſos accuſantes euitant pœnas temporales, ex eadem conſtit. Iulij Tertij, nu. eod.
12 *Blaſphemantium pœna, quæ ſit in Regno Neap.*
13 *Et quæ in Regno Franciæ.*
14 *Blaſphemantium pœnæ diuerſæ, remiſſiuè.*
15 *Tortura infertur in crimine blaſphemiæ quãuis pęna per ſtatutum, aut conſuetudinem eſſet pecuniaria.*
16 *Blaſphemans pluries eodem tempore, an vnica pœna ſit puniendus, ſtante ſtatuto, vel Principis edicto imponentibus varias pœnas pro diuerſis vicibus.*
17 *Blaſphemans Deum, & ſanctos eodem impetu unica pœna eſt puniendus.*
18 *Teſtes ſingulares, & inimici non admittuntur in crimine blaſphemiæ.*

9 Bla-

19 *Blaſphemanti poteſt imponi pęna à Tribunali laico, & Eccleſiaſtico.*
Et quid in alijs delictis mixti fori, num. eodem.
20 *Blaſphemiæ ſpecialia remiſſiuè.*
Blaſphemantes non admittuntur in Regno Neap. ad Gratiam, vel Compoſitionem, num. eod.
21 *Blaſpemans non punitur in practica ab vtroque Iudice.*
Delicta mixti fori nõ habet præuentionem in Regno Neap. num. eod.
22 *Blaſphemans incorrigibilis poteſt inquiri ab hæreticorum Inquiſitoribus.*
23 *Iudæus blaſphemans quomodo excuſetur, & à quo Iudice ſit puniendus.*
24 *Blaſphemia eſt mixti fori.*
25 *Blaſphemans per iracundiam an excuſetur.*
26 *Et de exceptionibus blaſphemiæ, remiſſiuè.*
Et quando quis dicatur iuſto dolore motus ad iracũdiam remiſſiuè, num. eod.
27 *Blaſphemans, ſi ſtatim ſe corrigat, blaſphemiæ pœnam euitet.*
28 *Blaſphemans, vel homicida an excuſetur à pœna temporali propter malam conſuetudinem.*
Conſuetudo an excuſat à pœnis. num. eod.
29 *Blaſphemans quot modis à pœna blaſphemiæ ſe poſſit excuſare, remiſſiuè.*
Blaſphemans non poteſt gratiari ab Imperatore; nec a Rege, vel alio Principe, nec de plenitudine poteſtatis, nu. 20.

Fusè, latèque de Blaſphemia traditum fuit ab Addent. ad Statutum Parmæ, ſub Rubr. de Blaſphemantibus Deum, vel Sanctos, vbi ad nauſeam ſaturari quilibet poterit.

ADDITIONES
Ad §. Blaſphemia.

a OMne conuitium.] Adde Iaſ. in §. Item ſi quis, el 2. n. 58. cum ſeq. inſtit. de act. *Drog.*

a *OMne* [a] *conuitium, contumelia, vel maledictum prolatum in Deum, vel*
1 *Sanctos, eſt* [b] *blaſphemia; ita*
b *dicit Bartolus in l. Item apud Labeonem, quam legit cum l. iniuriarum. §. ſed adijcitur, quem legit cum §. ait prætor, numero quarto, ff. de iniur. Et eſt communis opinio, vt dicit Auguſt. ad Ang. de malefic. in verbo, Verba iniurioſa, num. 13. quem refert Practic. Conradi. fol. 400. nu. 25. Didac. in repet. capit. quamuis. fol. 57. num. 8. de pactis, lib. 6. Et po-*
c *teſt poni exemplum* [c] *in Iudæo, qui dixerat: Naſca il vermo cane al Papa, & chi'l fè Papa: Iddio non potrebbe fare che eſſo non foſſe Papa: e ſe io haueſſi Iddio, il Papa, e'l Veſcouo nelle mani, trarrei loro gli occhi: ſuper quo conſuluit Calderinus conſilio ſecundo de Iudæis. Et in alio Iudæo, qui dixit: La voſtra fede è fede de cazzi: ſuper quo Socinus conſilio 119. libro quarto. Et in alio Iudæo, qui dixit: Non potrebbe fare Iddio, che l'haueſſi ſcambiata io, ſuper quo conſuluit Socinus conſilio 102. libro primo, & Alexander conſilio decimoquinto, libro tertio. Et in alio qui dixit: Deh Aſina di Dio, ſuper quo conſuluit Bald. in quodam ſuo conſilio paruo, quos refert Catald. de ſyndicatu, poſt numerum 401. Et ĩ alio, qui dixit, e Iddio*

1 *Omne conuitium.*] Adde † in materia blaſphemiæ vidēdum Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 375. vbi multa accumulauit, & Maſcad. de probationib. conſil. 195. & de his qui percutiunt imaginē Dei, & Sanctorum, & eas ſpurcauerint, vide eundem Menochiũ, caſ. 376. Et de his, qui data opera, Imaginem Summi Pontificis, vel ſupremi Principis deturpant, vide Bombin. q. 7. vbi dicit, quod ſi eſt cōſecrata Pontifici, vel ſupremo Principi, eſt pęna mortis; quia tenerur l. Iulia maieſtatis. Et in materia blaſphemiæ, vide etiam Ludouic. Monal. de reprobat. ſentent. Pilati in princip. & Boer. deciſ. 301. & omninò Farinac.
2 in q. 20. vbi † latiſſimè, quę dicatur blaſphemia, & quando dicatur blaſphemia hæreticalis, & quibus pœnis puniatur, & quæ ſint ſpecies blaſphemiæ; & quot modis dicatur quis blaſphemare, vide Decia. in
3 tract. crim. lib. 6. cap. 2. tom. 2. & † proijcientes imaginē Chriſti, & Sanctorum in terram de iure Canonico arbitrariè puniuntur per text. & gloſſ. in cap. cum canonici, §. fin. ff. de offi. ordin. in 6. Blaſphematores ſunt infames, & ideò nō ſunt omni exceptione maiores teſtes non poſſunt iurare in lites, nec in ſupplementum probationis de iure communi, nec iurare, nec accuſare de iure municipali, volentis credi iuramento dānum paſſi, vel creditoris, Plot. in l. ſi quando, verſic. blaſphematores, nu. 803. C. vnde vi.
4 b *Blaſphemia.*] Aduerte, † quod contrahitur hæreſis, per blaſphemiam blaſphemando Deum, & Sanctos, & monitus, eſt incorrigibilis, per Ludou. Carer. in tract. hæret. num. 26. Item adde, quid ſit blaſphemia, quid maledictio, & quibus pęnis blaſchemi plectantur, plenius per Iacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cētur. 4. caſ. 375. vbi quamplurima habes exempla, plena manu explicata: & per Vitalin. de pœnis blaſphemant. Deum, ac Sanctos, fol. 129. Boſſ. tit. de inquiſition. n. 130. 131.
5 Et hoc delictum eſt mixtum, & in eo poteſt procedi tam † per Iudicem Eccleſiaſticum, quàm ſecularem, & punitio vnius non facit, quin alter, & ipſe poſſit ſuam pœnam imponere, caſus eſt in capit. 2. de maledict. vbi Abb. & Decian. niſi incipiatur à pœna iuris ciuilis, quæ pœna mortis. Boſſius ibidem
6 numer. 132. Et ſcias, quod vbi Deo † detrahitur aliquid, quod eſt in Deo, vel attribuitur aliquid Deo, quod non eſt in Deo, eſt blaſphemia, per Socinum eodem conſilio 102. poſt num. 4. Item quãdo habetur turpiter ſermo de Deo, & quia ſatis tribuitur, quod non eſt, dum obſcena, & impudica verba, de eo proferuntur, vt concludit Boſſius vbi ſupra, ante numerum centeſimũ trigeſimũ ſecundũ. Et dicit Baldus in l. accuſationem, columna penultima in vltimo ver. C. qui accuſa. non poſſ. quod ſi quis iuret per membra Chriſti, quòd ſpecies hęreſis eſt. Alibi tamen Baldus dicit in l. vnica, C. ſi quis Imper. maled. quod idē eſt maledicere Deũ, & Deum blaſphemare, ſiue de Deo verba pudibunda proferre, vt refert Iaſon in §. ſi item ſi quis. numero ſexto, inſtitut. de action.

Item ſcias, quod blaſphemare conſuetus nō dicitur quis, per bis, aut ter, per Alexand. conſilio 72. numero octauo, libro primo. Sed an dici debeant delicta plura ex eo, quod quis per temporum interuallum pluries blaſphemauerit, ita quod pro vno tantum puniri debeat. Et quando dicatur vnum delictum, uel plura, vide per Cæpoll. in conſil. cri-
7 minal. 76. Sed aduerte duplicem † eſſe blaſphemiam, altera dicitur mera, & hac cadit ſub titulo de blaſphemis, altera verò dicitur hæreticalis, prima articulis fidei non obuiat, ſecunda autem ſic. Vt puta, Deum non poſſe impoſſibilia facere, & iſta obuiat primo fidei articulo, qui eſt credere in Deum omnipotentem. Et hæc ad inquiſitionem ſpectat, in prima verò non. Vt habetur latè per Locat. in ſuo iudiciali, capit. blaſphem. *Giach.*

b *Blaſphemia.*] Latiſſimè Farinac. titul. de delict. & pœn. quæſt. 20. num. 1. uſque ad 72. volum. 1. & ibi. nu. 22. quid ſit maledicere plenè etiam Plot. in tractatu de blaſphemia, & quid in alio caſu Theſaur. deciſ. 206. qui plura in materia ſcribit etiam de iurante ad corpus Dei, uel Chriſti, uel ad ſanguinem; late etiam Decian. in tractatu crimin. tom. 2. capit. 1. & quinque ſeq. lib. 9. *Roſ.*

c *In Iudæo.*] Et in alio Iudæo, qui iuratus leuauit manus uerſus Crucem, & dixit, potius uelle eſſe ſuſpenſus, ſicut ille, qui illuc pendet. Et ex illa parte ſtabat tam Cruci-

 fixus